**Martini Rulandi ... Secreta spagirica, sive plerorumque medicamentorum Rulandinorum genuinae descriptiones / cum scholiis Ehrenfridi Hagendornii.**

**Contributors**

Ruland, Martin, 1532-1602
Hagendorn, Ehrenfried, 1640-1692

**Publication/Creation**

Jenae : Literis Gollnerianis, 1676.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/mgbtn4gz

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


M. RULANDI
SECRETA SPAGIRICA.







XII2

T T
a
~~3~~ ~~8~~
37

Br 311

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

RULAND, M.

65753/A

XII 2

MARTINI RULANDI
Patris

# SECRETA SPAGIRICA,

ſive

Plerorumque medicamentorum RULANDINORUM genuinæ deſcriptiones,

cum Scholiis

EHRENFRIDI HAGENDORNII,

MED. D. ACAD. CUR.

JENÆ,
Literis GOLLNERIANIS.
1676.

VIRO

NOBILISSIMO, EXCEL-
LENTISSIMO, EXPE-
RIENTISSIMOQUE,

DOMINO

GEORGIO WOLFF-
GANGO WEDELIO,
MED. UTR. DOCTORI CE-
LEBRATISSIMO,
PROF. PUBL. JENENSI
CLARISSIMO,
MEDICO DUCALI SAXO-
NICO GRAVISSIMO,
ACAD. NATURÆ-CUR.
PRIMARIO,
FAUTORI ET COLLEGÆ
PL. OBSERVANDO,
SALUTEM OFFICIOSAM!

Frons

FRons opellæ Nomi
Tuum, quod immo
tale auguror, ſib
me obſtetricant
præfigi geſtit. Eadem quoq
ſerenâ fronte, quæ Tua eſt pe
petua, à Te legi ſperat, &
hoc eo magis ſecura eſt; quo m
gis memoriâ repetit ment
quâ illuſtris es, in compella
tes benignitatem. In cenſu
cauſæ ſi referrem, quod non
abſimili ſcripti genere Te
pſum habeat præeunte
quippè quem non puduit Ta
tarologiam ZOBELII, M
dici ſui temporis elegantiſ
mi, tineis propè deſtinatam r

ſſumere, adeoque ab oblivio-
ne, quæ diuturnitatem, an in-
gratitudinem temporis, ut plu-
imum ſequi ſvevit, vindica-
e, ecquid peccarem? Pecca-
em potius, quòd conſilium
modeſtè hanc in rem abs Te
uper efflagitatum, humanis-
imè quoque pro maturandâ
foetus hujus alieni editione
mihi datum, ingratus non ar-
ipuerim; abunde cùm conſtet,
tiam ex antiquitatis delicijs
on vulgare in noſtras Medi-
inæ junioris elegantias re-
undare poſſe emolumentum.

Quo autem loco reponam
ommendatiſſimum Tuum, quo

per aliquot annorum decurſ
in me fuiſti, favorem? Quo ce
feram ore amicitiam, quae F
næ olim, cum ambo ad pedi
ſederemus tunc honoratisſim
nunc deſideratisſimi Præc
ptoris, B. ROLFINCII, b
nignioribus auſpiiis ſua hau
ſit incunabula, per frequenti
poſtea literarum reciprocati
nes, quoniam corporibus c
ram eſſe haut licuit; per bene
volas item, ocysſimasque,
diu notitiam meam fugeren
ſcriptorum Tuorum famâ uſ
que cum æternitate certant
um, transmisſiones, æque fe
citer fuit adulta?

Hab

Haberem præter hæc longè plura, quæ ſive in laudem favoris Tui, ſive gratae mentis meae indicinam dici poſſent; niſi ipſe mihi probe conſcius eſſem, paucis hiſce pagellis non poſſe comprehendi benevolentiam multoties mihi amiciſſime exhibitam: niſi potius mihi gratuler, primitiis hiſce laborum, ſi ita quoque dicendi ſunt, occaſionem mihi fuiſſe ſubminiſtratam, partim grati animi ſpecimen, quod dudum fuiſſes meritus, conteſtandi; partim incitamentum inde hauriendi alia propediem gratitudinis argumenta, forſan

*genio Tuo digniora, Tibi off[e]rendi.*

*Vale, vir celeberrime, & ... ſerus pro juvanda ulterius A... te noſtra in cœlum redi! Scri[p]... Gorlicij Luſat. d. 25. Maj[i] 1676.*

*Nobiliſſ. Excellent.*
*Tuæ*

*obſervantisſimus*

EHRENFRIDUS HAGENDORNIUS, D...

PRÆ

# PRÆFATIO AD LECTOREM PHILO-MEDICUM.

*EX veterum ſcriniis deprompta quædam tibi offero, deſtinandi ſilentio potiùs, quia nova, quia curioſa magis debuiſſem commentari. Ita eſt. Siſto, ut vides, polychreſta* Martini Rulandi Patris, *quem felicitas praxeos, librorumque, quos divulgavit, pluralitas, ſuâ ætate, ſub finem quingenteſimi, & initium ſexcenteſimi ſupra milleſimum ſeculi, quam egit, orbi reddiderunt admirabilem.*

*Fateor, nova non eſſe, curatiora item noſtro proſtare ævo. Diffitendum tamen non*

*non erit, etiam in illis, ut in proverbio eſt, quosdam latitare* DEOS. *Præ nobis quoque ferendum, nec ab annis, quos hæc vel illa inventa numerant, aut plures aut pauciores, rebus ſingulare quoddam accedere momentum. Habent veteres, habent & recentiores, quæ admiremur, quæ imitemur. Ex commodis, quæ ſuggerunt, pretia rerum metiri conſuevimus.*

*Sed quorſùm hæc ita fuſè ediſſero? Legi merentur, quæ hanc in rem, pariterque de cauſis ſcientiis amplificandis hodie potiſſimùm obſtantibus, ingenioſè, ut ſolet, præfatus eſt* Nobiliſs. D.D. WEDELIUS noſter in Tartarologia Zobelii. *Ut adeò jam nihil dicam de æquitate, quæ anteceſſorum conamina ab interitu jubet vindicare: nihil de utilitate etiam, quæ in noſtram quoque ætatem ex ſuperioris ævi ſcriptis redundare poſſet. Indictæ tamen mihi hîc non abibunt potiſſimæ, quæ ad publicanda optimi Autoris ſecreta, me moverunt cauſæ.*

*In illis optimo jure prima merebuntur*

*ſub-*

ſubſellia, quòd viderim benè multa pro Rulandinis paſſim venditari, quæ non ſunt; ſed alieni potiùs cerebri abortus. Ne fides deſit aſſertioni, en! aliquot numerare diceret formulas aquarum ophthalmicarum; plures verò antepilepticarum atque antipodagricarum, quæ ſub titulo Rulandi, ceu ex opellis quorundam videre eſt, circumferri, ſed perperam, aſſolent. Sic croci metallorum diverſas videas concinnationes, ab Autoris tamen mente modoque præparandi longis diſtantes intervallis.

Quibus ſecundo loco eodem etiam jure adjungenda eſt, quæ infelici partu inde ſolet naſci, diſpenſatio ejusmodi Rulando affictorum in pharmacopoliis medicaminum erronea, & hinc reſultans, ſive in ægrotantes, quibus conferuntur, intertrimentum; ſive in Medicos, qui ſæpè ejusmodi errorum inſcii, & diſpenſatoris fidei nimium dantes, talia præſcribunt, famæ diſpendium.

In cauſis erit & illud, quòd noverim Rulandina hæcce in pauciorum verſari

*manibus, meque eorundem, quam gloriori poſſeſſionem unicè debere Viris, cùm inter vivos adhuc agerent, plurimæ celebritatis; Alteri magno illi apud Lipſienſes olim Medico,* B. D. D. Michaëlis, *Præceptori meo poſt fata quoque venerando, qui pro ſingulari in Auditores, cum ante quindecim hoſce annos in Schröderi pharmacopœiam privatim commentaretur favore,* MSSti Rulandini, *quod eſſe genuinum ſanctè affirmavit, copiam nobis gratioſè fecit; Alteri* B. D. D. Hagendornio, *Practico quondam Gorlicenſi, Patruo meo deſideratiſſimo, ex cujus bibliotheca penes me ſchediasma quoddam arcanis* Rulandinis *ditatum hæreditariò proſtat.*

*Ut horum intuitu Lectoris veniam mihi facilè pollicear, eaque Artis noſtræ tyronibus, quibus hæc potiſſimum ſcribuntur, non ingrata futura confidam.*

*De cætero eſt, paucisſimis quoque,* Lector benevole, *de* methodo *opuſculi Te moneam. Habebis idipſum in tot capita, quot ſunt proceſſus; ut ordo decentior*

*obſer-*

*obſervaretur, à me diſtinctum.* *De* ſtilo *ſi quæris, retinere eundem in proceſſibus malui, quem ex* MSStis *hauſi, neſcius interim, an Autoris, an aliorum ſapiat ingenium.* In ſcholiis *meo, ſed humili dicendi genere, ut vides, uti placuit. In his partim Autoris quædam ſunt, partim aliorum, mea partim. Autor enim cum in* MSS. *quandoque brevior, quandoque obſcurior paulo fuerit, in ſubſidium vocavi centurias ejusdem, unde vires, doſis, uſusque, ut legenti patebit, prodiêre accuratiores. Alios, quos conſului, apponere delectavit; ut circa hæc ſecreta tùm eorum innoteſceret judicium; tùm experientia propria. Mea quandoque addidi, ne mea qualiacunque circa hoc negotium deſint experimenta, commendemque adeo aliis, quæ mihi ipſi non commendantur.*

*Sic,* Lector *candidiſſime, habes, quæ ſuccincto ſtili officio præfari inpræſentiarum volui, potui. Quodſi Tuum, quem peto, quemque etiam ſpero, nactus fuero favorem, faxo, ut propediem gratiora tuis*

ſe ſiſtant luminibus, magisque, quæ ſervo, curioſa.

*Vale, & ſi quæ tuis proximique commodis eſſe poterunt veliſicandis, inde faventer collige!*

I. N. J.

I. N. J.

# SECRETORUM RU-LANDINORUM

## CAPUT I.

## AQUA ANTEPILEPTICA.

### PROCESSUS.

℞. AQuæ illius, quæ in deſtillatione ligni Heraclini ſimul prodit, q. v. ſepara eandem ab oleo, & denuò à viſco querno prius raſpato rectifica, rectificatam deinceps cum aquæ fl. tiliæ partibus æqualibus miſce, & ſerva. *B. D. D. Michaelis in MSS. Ruland.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

Vires indicat titulus. Cum plurimorum ægrotantium ſalu-

te

te ſolius hujus uſu ſe curationem in malo epileptico inſtituiſſe fatetur *Rulandus, Centur. 6. cur.* 5 itemque *Cent. 7. Cur. 73.* Datur ab ℥ß ad ℥ij, ceu annotavit *B. D. Mich.* vel juxta *Autorem l. c.* ab ℥j ad ℥v. mane jejuno ſtomacho cum abſtinentia per 9. horas a cibo.

SCHOLION.

Autor *Centur. 6. cur. 55.* aquam hanc indigitat quoque potum ſuum Antepilepticum.

Excellentiorem conficere hanc aquam, ſi eandem vel cum ſpiritu proprio, vel extracto viſci corylini, vel elæoſaccharo Heraclino, ut artis eſt, combinaveris.

Spiritus hicce, manuductore *B. D. Schrödero in pharmacop. ſub Corylo*, conſit ex ſarmentis ligni Corylini exſiccandis, & per ♌ igne nudo deſtillandis. Ad men-

tem

tem verò *Nobiliſſ. D. D. Hoffmanni in Not. ad Schrôd. pharmacop. l. 4. ſ. 1. p. 454.* ita paratur: ℞. ligni corylini (in quo viſcum ſtetit) in taleolos conciſi q. ſ. quibus imple ♉ ad dimidias, inde fornaci & igne aperto deſtilla primò liquorem acidulum, & dein oleum craſſum, ſepara oleum per filtrum à liquore, & rectifica cum calce viva. *Hæc ille.*

Hoc ipſo per experientiam confirmatus *B. D. Mich.* in convulſionibus Epilepticis, odontalgia, lumbricis &c. mira præſtitit, id quod *animadverſiones Ejusdem in præfatam pharmacop. abundè ſub lignis* eloquuntur.

Inſigne inſimul præbet diaphoreticum Corylinum hocce lignum, in Eſſentiam ſi præparetur, affirmante *Nobiliſſ. D. D. Vollgnadio diſput. d. hemicran. theſ. 87.*

Ita quas lignum diffuſiores, has viſcum corylinum compen-

di-

dioſiores habet facultates. Inde reſultat extractum egregium, quod ſive ita ſolitariè, ſive cum aliis, v. g. tiliacei, quernive viſcorum extractis fortificatum fuerit, quale compoſitum penes *B. D. Michaelis* olim erat, utrobique habebis, quod vires ejusdem in malo Herculeo admireris.

Taceo vim antiveneficam, quâ viſcum hocce inſigniter gaudet, ideoque non abs re in unguentum ſuum contra faſcina ab *Heinr. ab Heer lib.* 1. *obſ.* 8. itemque in ſacculum contra veneficia *D. D. Mich.* expetitum. Qua de re in Inaugurali mea *de macie puerorum ex faſcino* Jenæ olim habitâ pluribus egi.

CA-

# CAPUT II.
## AQUA ANTIPODAGRICA.
### PROCESSUS.

℞. AQuæ terræ ſanctæ ℔j. aq. ♂. ℔ij. liquor. ☿ial. ℥ß. croci metallor. ℥j. Miſce & factâ ebullitione ſerva in vaſe vitreo. *Rulandus Cent.* 5. *cur.* 35. & *B.D. Mich. in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

Autor *Cent.* 3. *cur.* 41. de his ita diſſerit, ſcilicet ineſſe huic aquæ divinam & occultam vim ad profligandam podagram, chiragram, gonagram, arthritidem, cunctosque dolores externos, quos vel ſtatim mitigat, imo penitus intra 24. horas, aut ad ſummum bidui ſpatio, tollit.

*Utendi* autem *modus* ſequens eſt: ſplenium vel linteum aquâ hac madefieri, ſubcalidè tepideve toti loco affecto applicari, exſiccatum verò iterum madefieri

&

& applicari jubet. *Ejusdem* quoque admonitio eſt; ut uni ſolùm juncturæ dolore affectæ linteum ejusmodi applicetur, curatâ illâ deinceps & reliquis, quod ad ceſſationem mali usque continuandum. Addit inſuper, ſemel ſaltim adhibitâ hâc aquâ nunquam rediiſſe dolores, ſi recens fuerit malum. *Vid. Centur. 3. Cur. 8. & 41.* Item *cent. 4. cur. 29. 43.* In chiragra uſus eſt *Cent. 9. Cur. 90.* In verrucis *cent. 10. cur. 34.* In eryſipelate cum foliis caulium applicat, *Cent. 10. cur. 86.*

SCHOLION.

Diverſam paulo ab hac aſſignat *Hartmannus prax. chim. p. m.* 187. ſub titulo *Rulandi*: ℞. fl. chamomill. melilot. ā mj. ☿ ℈ij. coque in aq. ſimpl. Hujus aquæ colatæ æqualem portionem miſce cum ℔iiij aquæ mortuæ aurifabrorum, ▽. recent. ℥ij. ſucc. ſ. decocti myrtillorum q. ſ.

Cum

Cum hâc coincidit propé ab *Oberndorffero Apolog. Chim. p.m.23.* deſcripta, præterquam quod ☿ in aqua prius ebulliti ℥ij, ut fortior evadat, addi jubeat. Cujus tamen deſcriptionem *Rulandus junior in excuſſ. apolog. Oberndorfferi p.m.34.* tanquam genuinam patris ſui non admittere videtur.

*B. D. Hagendorn* ex communicatione *B. D. Martini Schefferi,* Medici olim Gorlicenſis clarisſimi, in *MSS.* ſuo ſeq. apponit: ℞. fl. chamomill meliloti, verbaſc. ivæ arthet. ā.℥j. aq. ferrarior. chalybeat. ℔iij. digere per ♂♀ in B. M. poſt bulliant per geminas horas, cola dein, & colaturæ puræ adde 🜄. mortificatæ ℔iij. bulliant iterum in M. B. adde ſpirit. 🜔li ℥ß aquæ calcis viv. ℔ijß. aq. limacum cum 🜔le deſtillatorum ℔j. Miſce.

*Aqua limacum* ad hoc opus ita paratur: ℞. limaces nigricantes, qui

qui ſunt in horto ſine teſtis, (Erd-Schnecken) contunde cum ⊖le, & inde deſtilla aquam, quæ per ſe etiam in maximis doloribus poteſt applicari. *Idem l. c.*

Cum aqua antipodagr. *Rulandi* ratione quorundam ingredientium quodammodo etiam convenire videtur *liquor B. Cnöffelii antipodagricus.* Fit ex colchotar. ℥ij. alumin. 🜖ri calcinat. ⦶tri ā ℥j. Sal. ⊖-♀is ʒij. herb. betonic. malvæ, ā mj. fl. chamomill. mß. ſem. lini ʒx. coque in aquæ chalyb. q. ſ. Colat. ℞. ℥xv. diſſolv. vitr. ♁ii pulv. ʒj. ☿ dulc. ʒß. M. ac cum linteis calidè applica. Adde, ſi dolor vehemens, opii ʒß M.

Alioquin inter aquas antipodagricas noſtro ævo excellit *aqua articularis B. D. Mich. ad extra,* ex ſpir. lumbric. terreſtr. formicar. & ſpir. ⊖ ✱ci ☐ noſ. concinnata,

nata, inque *Collegio Jonſt. MSS. à ſe dilaudata.*

Claret pariter *aqua antipodagrica Zobelii* in ☿rologia ſua, curante *Excell. D. Wedelio*, nuper editâ, bona fide conſignata. *V. Cap. 15. p. 77.*

Verùm quis omnes aquarum antipodagric. formulas in anguſtisſimas haſce chartas conjicere poterit?

## CAPUT III.

## AQUA BENEDICTA.

### PROCESSUS.

℞. CRoci metallor. triti ℥j. vini, vel aquæ alicujus deſtillatæ, v. g. cardui bened. veronicæ, ſerpilli, menthæ &c. vel aquæ fontanæ, aut pluvialis ℔ij, ſeu iij: mixta digere in vitro clauſo calore lento per 2. vel 3. ☌☍. poſteà colaturam reſerva uſui. *B. D. Mich. in M SS. Rul.*

V i-

VIRES, USUS, DOSIS.

*Generales* ipſe communicat *Rulandus cent.* 5. *cur.* 95. quo loco affirmat, ſe maximâ cum ægrotorum ſalute in omnibus morbis; etiam incurabilibus, ſive per ſe, ſive cum aliis remiſtam propinaſſe.

*Specialiter* autem eâdem uſus eſſe legitur in Epilepſia ex faſcino, ubi ad℥jß cum olei commun. ℥ijß. exhibuit, *Cent.* 4. *cur.* 15. In melancholia cum aqua font. *Cent.* 2. *cur.* 72. In hypochondriaca cum vino *Cent.* 4. *Cur.* 70. In philtris *Cent.* 3. *cur.* 91. *ad*℥vj. In obſeſſione dæmoniaca *Cent.* 6. *cur.* 22. In morbo quodam deſperato *Cent.* 9. *cur.* 3. it. 34. In peſte *Cent.* 2. *cur.* 43. item *Loimagog. p. m.* 27. In febribus vel cum aqua font. ſola propinat, vocatque aquam ſuam pyretagogam *Cent.* 2. *Cur.* 22. In pleuritide vel ſolâ utitur *Cent.* 4. *Cur.* 11. & 16. item *Cent.* 3. *cur.* 6.

vel

vel miſcuit cum aqua card. Mar. *Cent.* 1. *cur.* 35. cum aqua font. *Cent.* 1. *cur.* 68. cum aq. & ſirup. hyſſop. *Cent.* 2. *cur.* 25. item *Cent.* 7. *cur.* 84. cum aqua mulſa *Cent.* 2. *cur.* 19. cum aq. font. & ſirup. viol. *Cent.* 1. *cur.* 23. it. *Cent.* 3. *cur.* 18. cum ſirupo acetoſ. citri & aqua card. Mar. *Cent.* 5. *cur.* 53. In aſthmate cum aq. & ſir. hyſſopi *cent.* 2. *cur.* 12. item cum aq. abſinth. & ſir. hyſſop. *Cent.* 5. *cur.* 68. In tuſſi aſthmatica cum ſir. de praſſio, *Cent.* 7. *cur.* 82. In cardialgia cum vino & ſir. hyſſopi, *Cent.* 7. *cur.* 7. In colica interne cum oleo olivar. *Cent.* 4. *cur.* 60. *Externè* in clyſtere cum jure piſorũ, ſaccharo & oleo communi, *Cent.* 6. *cur.* 22. *Doſis* juxta Autorem *cent.* 5. *cur.* 95. In lue gallica *Cent.* 5. *cur.* 94. ab ℥ß. ad ℥ij, itemque juxta *B. D. Mich.*

SCHOLION.

Succedaneum elegans proceſſui huic velut in parentheſi an-

nexit *D. D. Mich.* ſcilicet; ℞. Re-gul. ℥ii ♂tial. q. v. laß ihn flieſſen/ und wirff rein ⦶ darauff q. v. laß es wieder mit dem ⦶ flieſſen/ ſo verſchlackt es ſich/ gieß es in die Gieß-Puckel/ ſcorias ſepara, und weil ſie noch warm/ reib ſie klein/ und thue ſie in ein Glaß/ geus einen guten Wein darauff/ hernach binde es zu. Das Glaß aber muß nicht voll ſeyn/ laß es alſo ſtehen/ und rühre es des Tages einmahl um/ und wenn es 8. Tage geſtanden/ und wieder klar worden/ ſo brauche es. *Doſis* pro adulto ℨj ad ℨiß. pro infante unius anni ℨß. duorum ℨiß. *NB.* Den übrigen Regulum kan man ferner durch Auffwerffung ⦶ puri gantz verſchlacken. *Hæc ille.*

*Hart-*

*Hartmannus prax. chimiatr. p.m. 4.* croci metallor. ſuæ deſcriptionis ℈j. in vini albi, alteriusve liquoris idonei ℥iij. vel ℥v. in loco calido per ℞ macerat; aut ubi mox eodem opus eſt, prævia ebullitione colaturam calidè, vel frigidè propinat. Fuſius idem egit in *not. ad. Croll. p. m. 187.* tùm de præparatione hujus croci; tùm de aquæ benedictæ uſu, cautelis &c.

Nec *Quercetani* aqua bened. in *pharmacop. dogmat. reſtit. p. m. 126.* deſcripta erit de nihilo. Conficitur ex croco metallorum ſuæ inventionis cum aqua card. bened. cinnamomi &c.

Quæ aqua nec me unquam in praxi deſeruit; cùm febres quaſcunque, pleureſes, aſthmata, melancholiam hypochondriacam, cephalalgiam conſenſualem, alios ut taceam affectus, inter initia per ejus exhibitionem

in ovo velut eâ ipſâ necaverim, nihil veritus, infantibus quoque paucarum hebdomadum, aſthmaticis præſertim & jamjam ſuffocandis, juſto tamen ubique præbio eandem propinare. *Doſis* pro adultis fuit à ʒiij. ad ʒvj. ſive per ſe, ſive cum ſirup. vomitor. *Hartmanni* ʒij. circiter. Pro infantibus ʒß ad ʒij, cum ſir. nicotian. vel vomitor. *Hartm.* ʒß. plus minusve.

Extemporaneam habebis hanc aquam, factâ ſcilicet ♀ emetici ad grana aliquot in aqua convenienti, vel vino, ut novi, ad leniſſimum calorem diſſolutione; quæ ipſa absque prævia etiam filtratione mox exhiberi poteſt.

CA-

# CAPUT IV.
## AQUA BEZOARTICA.
### PROCESSUS.

℞. ROſar.rubr.mß.zedoar.theriacā ℥ß. ſem.citri, cardui bened.ā ℨiij.rad. tormentill. ℨiß. ſcorzoner. ℥j. cortic.citri rec. ſiccat.℥iß.ſandal. citrin. odorat. ℨiß. raſur. cornu cerv. crudi, uſti ā ℨiij.camphor.opt.℥ß. ſucci citri, aceti roſac. ā ℔iß.M. & macera in loco calido per 2. dies naturales, poſt in aren. ſ.a. deſtilla ad uſum.

*Ex communicatione D.D. Wedelii.*

### SCHOLION.

Habetur & alia ab ipſo *Rulando* in *Loimagog. p.m. 9.* communicata, quæ eſt: ℞. rad. angelic. oſtrutii, gentianæ, tormentill. boleti cerv. zedoar. ā ℥ij. ſandal. omnium ℨiß. herb. card. bened. rutæ, veronicæ, abſinth. ā mj. ſcord. mij. theriac. Andromach. Mithridat. confect. ā ℥iij. camphor.

 ℨj.

℥j. moſchi ℈j. ſpir. vini ℔ij. ✠ &
aquæ citri ā ℔j. infunde & deſtill
la l. a. cohobando. Exhibet ve
ſolam ad ℥ß, vel cum ♁ ☉to dia
phoretico ad gr. 10. itemque cum
aliis ſociatam.

## CAPUT V.
## AQUA ♂TIALIS.
### PROCESSUS.

℞. Limatur. ♂. recent. ℔j. cam
defac in tigillo, & exſtingu
effundendo in aquam pluvia
lem, idque per 5. 6. 7. vices repe
tendo, filtra & ſerva.

*Vel:* ℞. aq. ferrarior. das al
wohlgebrante Löſchwaſſer von de
Huffſchmieden/ filtra. *B. D. Mich*
*in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS.

Ex ſuperiori proceſſu erum
petendæ, quæ ſunt antipodagri
cæ. Ingrediens enim eſt aqua
antipodagr. *Rulandi.* Idem tamen
aquam

aquam hanc quoque cum furfure tritic. in diarrhœa pro cataplaſmate abdomini applicat, *Cent. 8. cur. 27*. In tumore humeri doloroſo cum furfure eandem miſcuit pro cataplaſmate, *Cent. 9. cur. 24*. In ſcabie fol. quercus coqui juſſit in aqua chalybeata pro balneo, *Cent. 9. cur. 89.*

# CAPUT VI.

## AQUA ☿IALIS.

### PROCESSUS.

℞. AQuæ plantag. ℔j. roſar. ℔ß. arantior. ℥iij. ☿ & pulverati ℥ß. M. & coque igne lento per quartam horæ partem, dein remove ab igne, & cum deferbuerint, in phialam, vel vitrum immitte, & ſerva uſui præſcripto. *Ruland. Cent. 5. cur. 19.*

### VIRES, USUS:

Confert in ulceribus inveteratis præmiſſo ſolutivo, *Cent. 5. cur. 19.*

19. in ſcabie Gallicâ, *cent. 6. curr.* 92. In polypo narium mane & veſperi illita, *cent. 8. cur. 81.* In impetigine, *cent. 7. cur. 47.* In verrucis, *cent. 4. cur. 72.*

SCHOLION.

*B. D. Hagendorn.* in MSS. Rull. ſeqv. annotatam habet: ℞. ☿ ℥iiij. infunde per noctem in 🜅 fortiſſimo, exime poſtmodum & ſuper lapidem tere.

*Rulandina* gemina propè eſt, præparationem ſi ſpectes, *Hartmanni in not. ad Croll. p. m. 470.* deſcripta, fitque ex ☿ minutiſſimè in marmore triti ℥ß. aq. plantag. ℔iß. ſolvitur in balneo leniter ebulliendo filtrandoque, poſtea in patinam ſtanneam infundendo, & tamdiu relinquendo, usque dum patina denigretur. Quæ infuſio tādiu iteranda, donec non amplius patina evadat nigra. In ulceribus gallicis, cancro &c. cum penicillo leniter illita plurimum confert. Quan-

Quanta porrò vel ☿ dulcis ex mente *B. D. Mich. in not. MSS. ad Schröd. pharmacop.* ſub calce vivâ; vel ☿, ut *Dygbæus experim. Med. Germ. p. m.* 177. habet, in decocto calcis vivæ ſolutus, & ubi calor p. n. ſimul adeſt, cum ſaccharo ♄ni maritatus, in ulceribus antiquis, gallicis, cancroſis, phlegmonoſis &c. præſtet, norunt cum Medicis pasſim Chirurgi.

## CAPUT VII.

## AQUA OPHTHALMICA.

### Processus.

℞. Aquæ roſar. ℥iij. ſtimmi, ſive vitri ♁ii, rectè præparati ℈ß, macera per diem j. filtra & ſerva ad uſum. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### Vires, Usus, Dosis.

In ophthalmia cum viſu corrupto ſingulare eſt, *cent. 8. cur. 3.* item *cur.* 12. 61. 2. 4. item *cent. 4.*

*cur. 44. 48. 50. 70. 85. 95. Centur. 88. cur. 69.* In ſuffuſione, ipſaque cœcitate, *Centur. 8. cur. 63. 99.* In ſcotomia *Cent. 10. cur. 41.* quo loco aquam mirè extollit, dicendo, per eandem omnia oculorum mala, ipſam quoque cœcitatem ab extra cauſatam indubitanter tolli. In albugine *Cent. 88. cur. 72.* In ſugillatione *Cent. 8. cur. 70.* In amblyopia *cent. 7. cur. 61.* In phlyctænis *cent. 8. cur. 72.*

*Utitur* eâdem ad guttas 3. vel 5. in oculos calide inſtillando, idque mane & veſperi, etiam intra horæ quadrantem ter; vel linteola eâdem imbuta leniterque expreſſa ſimul imponendo.

SCHOLION.

Aquam hancce *B. D. Mich. in Collegio Jonſton. d. affect. ocul.* miſcet quoque cum aliis: v. g. ℞. aq. ophthalm. Rulandi, roſar. ā ℥ij. ♁ præp. ℈ß. macerentur per 24. horas in vitro clauſo, & filtren-

trentur. Hinc mane & veſperi guttulæ aliquot inſtillentur oculis. *Cautela* ipſius etiam eſt, aquas haſce diligenter filtrandas eſſe.

Hinc facile patet, aquas illas ophthalmicas ex croco metallor. cujusmodi *Quercetani* eſt *in pharmacop. dogmat. reſt. p. m. 87. 8.* non eſſe genuinas; licet & hæ ſuis non defraudandæ ſint laudibus.

*Finckii in Enchirid. dogmat. Hermet. p. m. 62.* ſententia eſt, divinius hoc *Rulandinum* reddi collyrium, additis aliquot guttis olei ♄ni per ſe facti, præſertim, ſi oculorum inflammatio ſimul adfuerit.

# CAPUT VIII.
# AQUA OPHTHALMICA POLYCHRESTA.
## Proceſſus.

℞. TEmpore æſtivo mellis vulgaris (wie es die Honigküchler brauchen) ℔j. thue darein ein wenig geſäuerte Weitzene Krümlein ꝛc. pone in olla magna mit einem haarnen Tuche/claude, ne aër intrare queat, ſtelle es hin in locum umbroſum per ſe zu putreſciren/ ſo wachſen mit der Zeit Ameiſſen darinnen/ die endlich ſehr groß werden und Flügel bekommen. Wenn nun alles durch einander wimmelt/ und die materia alle in formicas gegangen/auch zum Theil wieder putreſciret iſt/ ſo gieſſe darüber einen guten ſpir. vini und deſtillire es zuſammen. *NB.* in plenilunio hoc fieri debet, aliàs nihil obtinebis olei. NB. in balneo ex-

cucur-

cucurbita humili gradatim primò, ultimò autem fortiter deſtilletur, ſic impetrabis aquam & oleum ophthalmicum, quæ diligenter ſepara & ſerva. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES.

In variis oculorum affectibus utitur Rulandus, verba ſunt prælaudati *D. D. Michaelis.*

SCHOLION.

Spiritus cum oleo ex qualicunque obſervatione mea elegans quoque paratur, ſi aſſumſeris formicas vel ex melle, quæ meliores utique, oriundas, vel nigricantes illas mediæque magnitudinis in ſylvis reperibiles, quantum voles, easdemque cum cineribus cribratis juſtâ proportione, additô ſimul momento aquæ, miſcueris, & deinde leni ignis gradu per alembicum deſtillaveris, unde ſpiritus prodibit ☐noſus, & oleoſus, in poda-

gricis, paralyticis, aliisque affe-
ctibus nervoſi generis mihi proo-
batisſimus. Non dubitarem, re-
cordatione, quòd ⊖ viperarum
volatile, ſpiritus ⊖✱ci, aliaque
⊖lia volatilia in aquis appro-
priatis ſoluta, debiteque uſurpa-
ta, in quamplurimis oculorum
affectibus mirè proſint, & hum
in præfatis commendare oculo-
rum vitiis.

## CAPUT IX.
## AQUA TERRÆ SANCTÆ
### PROCESSUS.

℞. TErræ ſanct. ℥j. aquæ fontan.
vel pluv. vel alterius de-
ſtillatæ ℔ij aut iij, relinque in loco
calido vaſe bene clauſo per ali-
quot ♂♀, poſtea claram aquam
per chartam filtra. *B. D. Mich. in*
*MSS. Rul.*

VIRES, Usus, Dosis.

Magni fit juxta *Autorem* in a-
cho-

choribus, ſive tineæ capitis ad ℥vj exhibita, *cent. 3. cur. 7.* In epilepſia *cent. 3. cur. 99.* it. *cent. 4. cur. 31.* it. 71. In obſeſſione dæmoniaca *cent. 3. cur. 100.* ubi ad ℥viij. dedit. In melancholia hypochondriaca ad ℥vj, *cent. 4. cur. 9.* In linguæ inflammatione, *cent. 7. cur. 38.* In angina *cent. 4. cur. 41.* In tuſſi *cent. 4. cur. 81.* In pleuritide, . *centuria 7. cur. 2. & 65.* item *cent. 3. cur. 71.* In aſthmate *cent. 3. cur. 72.* In ulcere pulmonum, ubi vocat aquam ſuam holagogam, *cent. 3. cur. 78* In febribus *cent. 3. cur. 70.* it. *cent. 9. cur. 63.* item *cent. 4. cur. 94.* In peſte *cent. 4. cur. 81.* item *cent. 5. cur. 4.* In icteritia nigra cum aſthmate *cent. 3. cur. 83.* In anaſarca, ubi hydragogum, ſudoriferum, & vomitorium ſimul eſt, *cent. 3. cur. 69.* item *cent. 4. cur. 34.* In tympanitide *cent. 4. cur. 32.* In dyſenteria, ubi ſudoriferum pariter &

cathar-

catharticum audit, *cent. 3. cur.* *13.*In ranis abdominis ex ſpermate ingeſto natis, *cent.7. cur. 28.*

Quam ipſam aquam modò calidè, modo frigidè exhibuit *Rulandus*, ceu ex Centuriis modò dictis videre eſt.

SCHOLION.

Aqua hæc juxta *Autorem cent. 7. cur. 72.* naturali & fontanæ aquæ ſimilis eſt colore, ſapore, & ex toto, excepta occulta qualitate (& virtute divinâ, ut ille loquitur.

*B. Rolfincius chim. p. 376.* aquam hanc ita parat: ℞. Terræ ſanct. ℥j. Vin. ℔ß, ſtent per noctem. *Doſis* ab ℥j. ad ℥ij pro ratione ætatis.

*B. D. Hagendorn in MSS. Rul.* aquæ hujus aliam oſtendit faciem; ℞. ▽ ſanct. vel hujus loco boli armen. ℥iiij. add. terræ ⊕llæ ♀ ʒii, terræ ſigillat. ā ℥iij. infundantur in aq. leviſtic. ℔v, ſtent in infuſiom

ſione per dies 9. in loco calido; poſteà deſtillentur.

## CAPUT X.
## BALSAMUM 🜍.
### Processus.

℞. OLei ſem. papav. alb. expreſſ. vel lini, vel nucum, ℔ j. 🜍 flavi electi, triti, aut in flores redacti ℔ß. M. & in olla alta △i leni admove, ut paulatim incaleſcat, cum ſpatula lignea indeſinenter movendo. Primo ipſum 🜍 conglobabitur, ſed poſt continuam motionem tandem totum ſolvetur, ita ut omninò in oleum ſit abiturum, ſine coloris tamen in olla alteratione. Itaque amplius relinque ſuper igne, & move, obſervando, an ebullire, aut rubeſcere incipiat, quod utrumque ubi animadverteris, ſtatim remove ab igne, inque aliud vas ſatis capax transfunde,

funde, ſic ebullitio ſiſtetur, i-pſumque balſamum juſtam aſſe-quetur conſiſtentiam. Horis; 2. vel 3. aliquot ℔ fieri poſſunt. Potes, ſi lubet, tandem oleum terebinth. ad ℥j. vel ℥ij admiſcere. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES, USUS.

Has in tabula velut conſignatas dabit *Autor Centur.* 1. *cur.* 97. quæ quoniam ſatis prolixa, & tantum non ſingulos affectus externos, in quibus admirando cum ſucceſſu ſe uſum fuiſſe profitetur *Rulandus*, complectitur, conſultò, qui breviores eſſe amamus, à nobis omittitur. *Uſus* potisſimum eſt *externus*.

SCHOLION.

*Cl. D. Mich.* huic proceſſui ve-lut ipſe ſcribit notas, monendo, **daß man** in expresſione o-leorum **nicht ſolle das erſte-re / auch nicht das letztere / ſondern das mittlere / ſo ſchön** **rein**

rein iſt / nehmen. *NB.* in coctione balſami 🜍, wenn ſich rothe Bläßlein auffwerffen/ ſoll man gar offt eine Probe nehmen/ und 1. oder 2. Tropffen vom Spatel in ein Zinnern/ oder Meßinges Schälichen/ ſo mit ▽a angefüllet/ tropffen laſſen / fället es mit einander zu Grunde / ſo iſt es gut/ ſepariret ſich das oleum vom 🜍, und ſchwimmet oben auff dem Waſſer / der 🜍 aber fället in ſeiner vorigen Colór zu Grunde / ſo iſt es noch nicht gnug gekochet/ ſondern muß continuiret werden/ biß obige Proba ſich erzeiget. Die coction kan in 3. Stunden abſolviret werden. NB. Der 10. oder 12. Theil des Topffes muß leer bleiben / ſo man

man ein ℔ anſtellet. Ulteriu
ſetze den Balſã in eine Zucker
Büchſe offen ſtehend in einen
feuchten Keller/ auff 3. oder
Tage/ſo verlieret er ſeinen ein
pyrevmatiſchen Geruch. *Hactt-
nus B. D. Mich.*

*Hartmannus prax. Chim. p.* 93. præparat ex 🜍. vel flor. 🜍. ℥j ol. papav. expr. ℔j. vini boni ℥iii macerat per ☌♀ igne leni all quoties movendo, poſteà a conſumtionem vini ebullir permittit, colat & ſervat.

*Clar. Hoffmannus in clave Schröd l. 3. c. 29. p. 377.* ſubſequentem pr balſamo 🜍 genuino *Rulandi* ha bet: ℞. fl. 🜍. ter ſublimat. ℥iij. o roſac. completi ℔ß. vini rub. op ℥iv. M. per 8. dies leni △e, & agi ta aliquoties, tunc coque lent △e, & ſemper move ad vini con- ſumtionem. In colatura diſſol- ve terebinth. ℥jß. & ſerva.

*B. Rol.*

*B. Rolfincius* aliud communicat indigitando balſamum 🜍 amygdalinum camphoratum, externis quoque uſibus deſtinatum. *Vide ejusd. Chim. p. m. 224.*

Cum oleo ſem. hyoſcyami paratum dilaudat *Nobiliſſ. D. Ludovici diſſert. d. pharmac. mod. p. m. 79.* cujus veſtigia legit *Excell. D. D. Wedelius in de menſtruis c. 3.* qui pro menſtruo pariter oleum amillor. ſambuci, cynosbative expreſſum commendat.

Præſtantius, puto, redderetur balſamum hocce, ſi loco 🜍 communis uſurpes 🜍 ♁ii, cujus etiam mentionem feciſſe video laudatiſſimum *D. D. Wedelium in diſp. d. dyſenter.* ubi balſamum 🜍♁iatum cum oleo bezoartico ſuo remiſtum, ceu diureticum travmaticumque elegans, extollit.

Sic *Polemannus Nov. Lum. Chim.* 🜍. in præparatione Emplaſtri ſui aurei jubet loco 🜍 communis uſur-

uſurpare ♀ ♁ii, quod in oleo ni coquit, vocatque verum bal ſamum ♀ris.

*Obiter* nota, curioſius procedere, qui ob evitandam, quæ p viſcoſa illa ol. facile ſequitur, po rorũ conſtipationem, uti in præparatione balſami ♀ externi, i in aliorum ungventorum, atqu emplaſtrorum, ſive præparatio ne, ſive applicatione, vel aroma tica, vel ⊖lia volatilia addunt; quod in componendo balſam ♀is ſuo probè per additionem camphoræ obſervavit *B. noſt Rolfincius.* Cujusmodi quoqu conſilium eſt *Nobiliſſ. Chimiat Dn. D. Majoris, P.P. in Acad. K lon. famigeratiſſimi, in deliciis hy bern. invent. 3. §.8.*

Pro ſpecifico vulnerario ha buit *B. D. Mich.* balſam. hoc *Rulandinum* cum balſamo Ame ricano copulatum.

D

De uſu ejusdem in gangræna & ſphacelo legi poteſt *Nob. D. Ammanni Medicina Crit. Caſ. 99. p. m. 486.*

In dolore podagrico externè cum ſucceſſu uſus eſt *B. Sylvius* balſamo 🜍 ſuccinato, *Vid. prax. ejusd. c. 30. §. 174.* quo loco curioſe disquiritur, an in omni quoque podagra iſte ſit adhibendus?

# CAPUT XI.

## CALIX CHIMICUS PURGANS.

### PROCESSUS.

Fiat ex ligno juniperi, vel Rhodio, tornando poculum ad capacitatem ℔j, quod intus pice liquida obducatur, cui liquefactæ vitri ℥ii ſubtilisſime pulverati ʒß. vel plus ſit immiſtum, in poculum modicè prius calefactum infundendo, & per totam interiorem

orem capacitatem ad modu[illegible] vaſculi æqualiter diſtribuend[illegible] ut ♁ nullibi poſteà appareat. [illegible] hoc infunde vinum, vel merum vel aquam mulſam, linquen[illegible] per noctem, ſi frigidus, vel ſaltri per quadrantem horæ, ſi calid[illegible] liquor fuerit. Sic in infinitos [illegible]ſus calix iſte ſufficiet. *B. D. Mi*[illegible] *in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

Rulandus *Cent. 5. cur. 8.* in anor[illegible] xia in poculum hocce infund[illegible] vini abſinthit. ℥vj. per noctem quod manè dedit. In febre co[illegible] tinua cum cephalalgia &c. cu[illegible] aqua font. & vin. ℥iiij. miſcet [illegible] infundit, *Cent. 9. cur. 27.* & *cent.* [illegible] *cur. 75.* In doloribus podagricis [illegible] tiam commendat *Cent. 9. cur. 5*[illegible]

SCHOLION.

*B. D. Michaelis* ad hunc pr[illegible]ceſſum annotavit; vinum & v[illegible]noſa quævis, itemque hydr[illegible] mel, & aquas deſtillatas ſpiritu[illegible]

ſa[illegible]

ſas, facilius imbibere vim medicatam poculi; minùs verò ſpirituoſa, ut aqua ſimplex, cereviſia & aquæ communiter deſtillatæ, ſemper calida eſſe adhibenda, ac deniquepro ratione temporis morbique in infuſione relinquenda.

Calicem hunc accurato quoque deſcripſit ſtilo *B. Rolfincius Chim. p. m. 408.* qui conſulatur.

*Tenzelius Exegeſ. Chimiatr. p. m.* 98. ait, ſe Lubecæ vidiſſe vaſculum ex vitro ♁ii ad modulum inſufflando egregiè fabrefactum, à cujus liquore quocunque per noctem infuſo purgationes feliciter ſucceſſere.

Sumtibus hiſce pro fabricando ejusmodi calice noſtris temporibus facilè poſſemus ſuperſedere, ſi in calicem, cujuscunque etiam ille fuerit ſubſtantiæ, vitrum ♁ii, aut nummos, pilulas, annulosve inde paratos, immite-

remus, ubi intentio purgatorii æquè feliciter impetrari poſſet. Conf. hanc in rem *B. Rolfinc.* *Chim. p. m. 407.* itemque *Feburr* Chimiſches Kleinod *part.2.p.711.*

# CAPUT XII.
## CINGULUM SAPIENTIÆ.

### Processus.

℞. ARgenti viv. ℥iij. ol. ⊕li ℥ß caryophyll. ʒj. Heraclin. ♎ ā. ℥ij. album. ovor. n. ij. ⊖ gemmæ, ceræ āā q. ſ. F. Maſſa.

### Vires, Usus.

Singulare eſt medicamentum ad morbum gallicum, fœdam ſcabiem, ulceraque maligna. Si jam operationem perfecit, tunc remove, & in fluentem abjice aquam. Probatum & expertum eſt, quo multæ myriades ſunt reſtitutæ.

Extenditur in corio & ventri

tri inferiori applicatur, & per aliquot dies permittitur, ut optimè operari queat. Hæc *Oberndorffer in apolog. Chim. med. p. m. 30.*

SCHOLION.

Rulandus junior in *excusſione apolog. Oberndorff. p. m. 45.* dubius hæret, an vera ſit hæcdeſcriptio, nec ne? Interim tamen nec planè rejicit, nec plane probat eandem.

De præparandi tenore *D. D. Mich. in not. ad Schröd. pharmacop.* ſub ☿io exiſtimat, cingulum hocce ex ☿ vivo & ſucco pomorum præparaſſe Rulandum, miraque eodem in ſcabie ſananda, pediculisque fugandis præſtitiſſe. Idem *in not. ad Brendelii Chimiam*, tutius, ait, eſſe turpethum minerale loco ☿ vivi uſurpatum; poſſe tamen & illud, præmiſſis modo univerſalibus, tutò exhiberi. Eandem quoque fovet ſententiam *D. D. Bartholinus Centur. 3. Epiſt.*

79. ubi inſimul compoſitionis modum addit.

# CAPUT XIII.
# CONSERVA BENEDI-CTA.

## PROCESSUS.

℞. CONſervæ alicujus, v. g. roſar. menthæ, anthos, majoranæ &c. quã imprægna eſſentiâ, vel extracto croci metallorũ q. ſ. Miſce. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

## VIRES, USUS, DOSIS.

*Rulandus* exhibuit in epilepſia cum aqua fl. tiliæ *cent. 7. cur. 83.* In eadem cum doloribus *cent. 6. cur. 29.* In cephalalgia cum ranula ſublinguali cum aqua font. *cent. 7. cur. 8.* In eadem cum febre *cent. 6. cur. 66.* In tuſſi aſthmatica cum ſir. liquirit. decocto pectoral. & agarico trochiſc. *cent. 7. cur. 8.* item *cent. 6. cur. 50. & 24.* In pleuritide cum brodio piſorum *cent. 6. cur.*

60.

*60.* In dyſpnœa *cent. 6. cur. 69.* In orthopnœa cum vino *cent. 6. cur.* *12.* In febre cum aſthmate vocat ſuam panaceam *cent. 6. cur. 40.* In tertiana cum aqua ſimpl. *cent. 6. cur. 63.* In lumbricis cum lacte recenti *cent. 6. cur. 3.* In iisdem cum vino *cent. 6. cur. 70.* In tumore ventris aſthmatico cum hydromel. *cent. 6. cur. 16.* In dolore ventris *cent. 6. cur. 46.* In ſuffocatione matricis cum decocto puleg. *cent. 6. cur. 35.* In alvi conſtipatione cum ſero lactis *cent. 6. cur. 45.* In calculo cum ſtranguria cum aq. raphan. *cent. 6. cur. 57.* In arthritide cum aſthmate c. decocto fol. ſenæ *cent. 6. cur. 42.* In ſcabie cum ventris tumore c. vino, *cent. 6. cur. 38.*

*Doſis* juxta *B. D. Mich.* à ℈ß ad ʒß. *NB.* Frequentius, verba ejusdem quoque ſunt, *κάτω* purgavit ob evaporationem aquæ ſimplicis, ſeu liquoris alterius benedi-

cti, vires emeticas vel temporis diuturnitate, vel lentâ evaporatione perdentis.

SCHOLION.

Idem *D. Mich. l. c.* aſſerit, *Rulandum* de aqua, vel vino, vel hydromelite benedicto hyeme tot doſes retrò fornacem lente exſiccaſſe, donec totum rediret ad craſſitiem quandam, illud posteà miſcuiſſe certæ quantitati Conſervæ alicujus, ut exinde vicisſim tot formare doſes poſſet, quot doſium aqua benedicta, ſeu liquor ille ante exſiccationem fuerat.

## CAPUT XIV.
## CROCUS METALLORUM.

PROCESSUS.

℞ ♁. Hungar. & ⦶ puriſſ. ā q. ſ. contere, & in vaſe amplo, puro candenteque accende, hinc move;

ve, donec refrigeſcat; poſtmodum redige in pulverem, & ſemel tantum cum aqua frigida ad ⊕ reliquias auferendas elue & exſicca. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

Eædem ſunt cum aquæ benedictæ, cujus baſis eſt, dotibus, vomitoriæ ſcilicet. In cardialgia tamen cum aqua font. & vino eundem ad piſi magnitudinem macerat, factaque ebullitione deinceps propinat *cent.* 8. *cur.* 29. In pleuritide dat vinum cum croco metall. maceratum, *cent.* 7. *cur.* 67. Externe in carnis mortuæ excreſcentiis auferendis pro inſperſione utitur, *cent.* 4. *cur.* 10. In condylomatibus doloroſis cum aqua fœnicul. ol. ⊕li &c. præviâ colaturâ cum linteis applicat, *cent.* 6. *cur.* 71.

SCHOLION.

*Oberndorffer. in Apolog. chim. p.*

*m.* 17. ſeq. pro *Rulandino* communicat; ℞. ♁. opt. p. j. ſalis (forſan ⦶tri) part. ß. quæ ſ. a. calcinant tamdiu, usque dum nullum amplius emittant fumum, albumque poſteà vel rubicundum evadat. Hinc aquâ calidâ edulcant aliquoties, exſiccat &c. Quam deſcriptionem tacito quaſi conſenſu pro genuina Patris haberi videtur *Rulandus junior in excuſſ. apol. Obernd. p. m.* 24.

*Febure* im Chimiſchen Kleinod *p.* 2. *p.* 699. ſententia eſt, crocum metall. Rulandi à communi non differre, niſi ratione præparationis, quæ eſt, ℞. Nit. ℔ß. in tigillo liquefiat, ab △e poſteà removeatur, cui ſi ♁. pulv. aliquid immiſeris, & accenſionem animadverteris, ceſſa ab ulteriore ♁ii immiſſione, expectaque usque dum ♁ cum ⊖ hoc ſine accenſione queat permiſceri; hinc ♁ pulveriſ. ℔ß. huic ⊖ ſenſim immitte.

&

& probe invicem miſta cum prunâ ardente accende, & procede, ut notum.

Sic & aliorum croci metall. quoad præparationem tantum à *Rulandino* diſcrepant; conveniunt autem ratione materiæ, rationeque ponderis. *Quercetanus* parat eundem ex magneſia (♁) & ⊖ ā. *Vid. pharmacop. dogmat. p. m. 176. Hartmannus* itidem ex antimonii & nitri āā. conficit, differens tamen à *Rulando*, quod crocum hunc iterum coquat, & affuſione ⁜ in 🜂 potius ⊙ convertat. *Adi ejusd. prax. Chimiatr. p. m. 4.* Magis *Rulandino* geminus videtur, quem *in not. ad Croll. p. m. 186.* aſſignavit. Propius tamen ad Autoris crocum accedere mihi videtur, quem *P. J. Faber patholog. c. 9. d. lethar g.* deſcripſit.

Vires croci metall. longo re-

cenſet catalogo *Hartmannus in Croll. p. m. 88.*

Non in ſubſtantia, ſed in infuſo potius eundem eſſe adhibendum, regulæ inſtar inculcârunt *B. D. Mich. in colleg. Schröd.* & *B. Rolfinc. in chim. ſub croc. metall. p. 397.*

Securiori via incedunt noſtro ævo, qui ex croco metall. per additionem ♀, vel ſalis abſinthii, conficiunt ♀ emeticum; hic crocus metall. abſinthiacus emetica concinnat gratiora, tutioraque. Sicuti & crocus metallor. cum ſucco citri correctus quô ſæpius in forma pilularum cum ſucco gratiolæ inſpiſſato permiſto felicisſime utor, ſuas meretur laudes.

# CAPUT XV.

## DIACYDONITES CATHARTICUM.

### PROCESSUS.

℞. Diacydon. ad perfectam conſiſtentiam cocti ℔j. vitri antimonii ℥iß. tragacanth. ℥ij. M. *Oberndorffer in apol. Chim. p.* 21.

### DOSIS.

℥j plus minus, pro ſumentis viribus. *Idem l. c.*

### SCHOLION.

*Rulandus jun. in excuſſ. apolog. p.* 21. negat ſuum hoc eſſe cydoniatum, perperam ſibi affixum.

*B. D. Hagendorn* inter *Rulandina* ſequens annotatum reliquit: ℞. extract. mechoac. ℥ij. diagryd. ℥j. ol. macis, cinnamon. ā gtt. vj. ſucci roſar. Damaſc. cydonior. ā. ℔v. ſacchar. fini ℥v. M. Coque.

# CAPUT XVI.
# EMPLASTRUM DIA-♇RIS.

## PROCESSUS.

℞. OLei ♇. ℥iij. ceræ ℥ß. coloph. ℥ ij. myrrhæ ad pond⁹ omnium. Ceræ, colophoniæ, oleoq; calefactis ſimul & bene commiſtis inſpergatur myrrha ſubtiliſſime trita paulatim, donec bene miſta fuerint. Poſtea, ſcilicet poſt horæ quadrantem ab igne removeantur & frigeſcant. *Rul. Cent.* 1. *cur.* 93. & *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

## VIRES, Usus.

*Autor* infallibile, ait, eſſe in omnis generis ulceribus & vulneribus quibuscunque curandis *l. c.* itemque *Cent.* 1. *cur.* 94. huic emplaſtro, pergit, ineſt divina, miranda & celerrima vis emolliendi, ſuppurandi, rumpendi, abſtergendi, & conglutinandi. Idem

*Cent.*

*Cent.* 1. *cur.* 96. DEO gratias agit, quod ſanctum balſamum 🜔 & divinum hocce emplaſtrum ſibi revelavit.

*Dotes*, quas posſidet, ſpeciales, quia prolixum foret, vide pasſim *in Centur.*

SCHOLION.

*B. D. Mich.* de hoc proceſſu ita; cera poteſt h. l. augeri ad ℥iß vel ℥ij. ſecus emplaſtrum fiet mollius. *Item*, colophoniæ pondus ad ʒvj vel ℥j. Tandem c. ol. Roſar. aut alio bene olente, non tamen deſtillato, malaxandum & in magdaleones redigendũ eſt.

*B. D. Rolfincius Chim. p.* 224. aliter habet: ℞. balſam. 🜔 amygdal. camphor. ℥iij. ceræ flavæ puræ ℔ß. myrrhæ pulv. ℥iij reſin. terebinth. Venet. colcothar. vitrioli edulc. ã. q. ſ. M. utitur hoc præter ulcerum vulnerumque curationem quoque in affectibus pectoris.

In parotide emplaſtrum hocce cum ☿ vivo remiſtum commen-dat *D. Mich.* itemque in ſcirrho *Vid. ejuſd. Collegium Jonſt. d. morbb. extern.*

*Idem* empl. hoc cum balſamo Americano malaxato in vulne-ribus & ulceribus cum ſucceſſu quoque uſus eſt.

*Rulandus Loimagog. p. m. 48.* im bubonibus peſtilentialibus mirè effert.

Præſtantius noſtra mente eva-deret, ſi, quod de balſamo ♁ di-ctum, loco ♁ communis ſubſti-tueretur ♁ ʒii, unde emergeret *Emplaſtr. dia♁. antimoniatum.*

## CAPUT XVII.
## EXTRACTUM COLO-CYNTHIDOS.
### PROCESSUS.

℞. Pulpæ colocynth. vel ſpecie-rum diacolocynth. in diſ-pen-

penſatoriis deſcriptar. q. ſ. extrahe cum ſpir. vin. Malvat. vulgariter præparato. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

*Autor* in melancholia mulierum cum decocto quodam antihyſterico exhibet, ſæpiusque repetit, *cent. 7. cur. 29.* In paralyſi linguæ cum ſero lactis *cent. 7. cur. 53.* In colica cum aqua fervente, manna & cinnamomo, *cent. 7. cur. 35.* In aſcite cum aqua abſinth. *cent. 3. cur. 3.* itemque cum aq. fervente *cent. 7. cur. 63.* In ranis abdominis, *cent. 7. cur. 28.*

*Doſis* eſt quantitate nucis avellanæ, vel ℈ij juxta *D. Mich.*

SCHOLION.

Recentiores parant vel ex trochiſcis alhandal cum ſpir. vini, ceu *B. Rolfincius Chim. p. 252.* vel cum ⁜, arcano ♀ D. Sennerti imprægnato, quæ præparatio eſt *Excell. D. D. Bohnii diſput. de chyloſi*

*loſi abolit.* §. *20.* unde ⊖ volatile ♃reum, à quo violentia purgandi potiſſimum dependet, quodammodo figi ſcribit. Quem proceſſum latius deduxit *Febure* im Chimiſchen Kleinod *part. 2. p 342.* quo loco & alius meminit extracti colocynthid. cum additione magiſt. corall. reſolubilis maritati, & hinc cum ſpir. vini extracti.

In melancholia quæ extractum hocce præſtiterit, vide elegantem hiſtoriam *in ephemerid. cur. Germ. Ann. 3. obſ. 102. à Nob. Dn. Lic. Garmanno* communicatam.

In apoplexia, lethargo &c. reſinam colocynthid. plurimi quoque uſus expertus eſt *Cl. D. Decker in not. ad Barbetti prax. p. m. 27.*

CA-

# CAPUT XVIII.
## EXTRACTUM ESULÆ.
### PROCESSUS.

℞. RAd. eſulæ min. noſtratium mit den ſcharffen Blättern/ oder Spitzlein/ wie Tannen-Reiſig/ im Herbſt/ oder Winter gegraben/ und in umbra ſicciret / eine gute quantität/ darüber geuß in einem Keſſel/oder groſſen Hafen viel Regen-Waſſer/ laß es etzliche Stunden ſanffte kochen/ ſpumam venenoſam remove, bis es keinen Schaum mehr giebet / reliquum decoctum, ſo fein braun ſtehet/ filtrando & colando purifica, & lentè evaporando in vitro inſpiſſa ad conſiſtentiam extracti, cui tandem aliquantulum ſpir. vini pro meliori conſervatione adde. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

*Rulandus* in epilepſia cum a-

qua

qua flor. tiliæ dedit *cent. 4. cur. 22.* In paralyſi linguæ cum ſero lactis *cent. 7. cur. 36.* In melancholia cum aſthmate cum vino *cent. 5. cur. 70.* In tuſſi aſthmatica cum hydromelite *cent. 2. cur. 86.* In cardialgia cum vino *cent. 4. cur. 15.* In anorexia *cent. 5. cur. 83.* In alvi conſtipatione diuturna miſcuit inter clyſterem, qui eſt; ℞. juris piſorum ℔j. ol. lini ℥iv. extract. eſulæ ʒj. quo mira præſtitit, *cent. 5. cur. 87.* In colica etiam in clyſteribus, *cent. 1. cur. 15.* In lumbricis ad ʒß. in lacte recenti *cent. 2. cur. 28.* In hydrope cum jure piſorum pro hydragogo *cent. 2. cur. 64.* In anaſarca ad ʒiß. c. aq. fontan. *cent. 3. cur. 58.* it. *cur. 63.* it. *cent. 4. cur. 15. cent. 7. cur. 27. cent. 4. cur. 69.* In iſchuria cum aqua gratiolæ *cent. 6. cur. 67.* In ſtranguria cum aqua raphani *cent. 5. cur. 23.* In calculo cum aliis *cent. 5. cur. 69.* it, cum aqua fragor.

&

& vino, *cent. 4. cur. 65.* In ſcorbuto *cent. 7. cur. 91.* In arthritide *cent. 5. cur. 76.* Externe in ſuppoſitoriis utitur quoque, *cent. 1. cur. 74.*

*Doſis* juxta *B. D. Mich.* à ℈j ad ʒj. *Rulandus*, ut jam dictum, ad ʒiß adſcendit.

SCHOLION.

Ad mentem *Rulandi* idem extractum deſcribit quoque *Tenzelius Exegeſ. Chim. p. m. 84.* Itemque *Hartmannus in not. ad Croll. p. m. 436.* quo loco in anaſarca id ipſum inſigniter commendat, interpoſito ſpiritu vitæ aureo *Rulandi.*

## CAPUT XIX.
## HYDROMEL BENEDICTUM.

PROCESSUS.

℞. Croci metallor. Rul. q. ſ. affunde hydromelit. vel aquæ mulſæ q. ſ. procede, ut de aqua

aqua bened. dictum, *B. D. Micrh.*
*in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

In pleuritide offerebat *Rulandus* ad ℥j. cum aqua font. pro dejectorio & vomitorio, *cent. 2. cur.* 53. item *Cent. 6. cur. 88.* item *cent. 4. cur. 26.* In ſuffocatione uteri cum aſthmate, *cent. 4. cur. 24.* In menſium ſuppreſſione *cent. 4. cur. 122.*

SCHOLION.

Purgatorium hydromel aliud deſcribit *Autor* ex aqua mulſa & trochiſcis alhandal, *cent. 10. cur. 28.*

# CAPUT XX.
## LIQUOR ☿IALIS.
### PROCESSUS.

℞. ⊖ ♀. & calcis vivæ recentis & acerrimæ ā q. ſ. miſce, in olla clauſa extingue & calcina, deinde cum aqua pluviali elixivia, filtra, & repetita coctione coagula; poſteà tere, & in cella in oleum,

ſeu

ſeu liquorem reſolve. *B.D.Mich. in MSS. Rul.*

VIRES.

Ingrediens eſt, ceu ex antecedentibus obvium erit, aquæ antipodagricæ *Rulandi.*

SCHOLION.

Aqua ☿ialis ſuprà deſcripta ingreditur aquam antipodagricam *Rulandi*, licet ☿ pro baſi agnoſcat. Hic verò liquor, licet ☿ non recipiat, propter excellentiam tamen operandi ab Autore ita vocatur. Sic *D. Hagendorn* aquæ culcis vinæ in deſcriptione apud antipod. Rul. etiam meminit. Similiter aqua calcis vivæ, pretioſa Chirurgis dicta, in dolore podagrico externè plurimum confert. Vires antipodagricæ calcis vivæ etiam internè ſunt notoriæ. Ita claret ſpiritus calc. viv. cum ſpiritu ⊖. *Dn. Ludovici d. ſal. ♀ vol. p. 39.* itemque *diſſertat. 1. d. pharmac. mod. p. m.*

*p. m. 289. & 445.* Celebris quoqu eſt liquor calcis vivæ cum ſpi ⊖ præparatus juxta *D. D. Micr in Collegio Schröd.* Quanti haber dus ſit ſpiritus *Baſil. Valentini* c calce viva, ſale ♀, & ſpir. vin arcaniori ſpagyriâ paratus, ſi w intus, ſive extus in podagra ex hibeatur, abunde teſtatum fac et ejusdem *Teſtamentum*, magis que confirmabit ab aliis fact hanc in rem experientia. De præ paratione & uſu hujus ſpir. calc vivæ interno in podagra cu rioſe etiam diſſerit *Febure* im Chi miſchen Kleinod *part. 2. p. 564.* ub egregia legi poſſunt.

## CAPUT XXI.
## NEPENTHES.

### PROCESSUS.

℞. SPec. diambræ ʒv. extract. opii Theb. ℥j. ſolution cornu cerv. ʒx. cum ſpiritu po-

mo-

morum citri q. ſ. extrahantur. Adde eſſent. corallior. magiſter. ſuccin. alb. cranii hum. margarit. āā ʒj. eſſent. croci ℈j. lap. bezoar Or. ʒß. ambræ gryſ. ℈j. moſch. ☍ cinamom. caryophyll. citri ā ℈ß. F. l. a. Extractum. *B. D. Hagendorn in MSS. Rul.*

SCHOLION.

Alia incedit veſte laudanum opiatum ab *Oberndorffero in Apolog. Chim. p. m. 68.* Rulando adſcriptum, quod Paracelſi eſſe fuſius probat ibidem, quodque *l. c.* legi poteſt huc non transſcribendum, quia *Rulandus jun. in excuſſ. apolog. p. 89.* hoc ſuum eſſe negat, ſuumque potius ex *Quercetano*, ſed in quibusdam mutatum, eſſe petitum profitetur.

Sed quorſum hæc dicere attinet? Satisfaciet, ſive præparationem, ſive vires uſumque opii deſideres, curioſo, qui curioſe hac de re commentatus

eſt

eſt *Nobiliſſ. D. D. Wedelius in opiologia* nuper ad naturæ genium typis exſcripta.

## CAPUT XXII.
## OLEUM LIGNI HERACLINII.
### PROCESSUS.

℞. Lignum coryli, ſed balſamico tempore (*ſcil. quando* ☉ *verſatur in ſigno* ♋ ) ante ortum ☉is collectum, oder die jungen Haſel-Ruthen/ von 1. oder 2. Jahren/ in umbra wohl exſiccirer. NB. extra illud tempus ſi colliguntur, oleum fœtet & virtute verâ caret. Dieſe gedörrete Ruthen werden geſpalten/ und in Stücken etwan eines Fingers lang zuhauen/ und dann in cucurbita terrea inverſa per deſcenſum △e circulari guttatim übergetrieben/ vel quoque per ♌ ſic exit aqua & oleum, aqua ſeparatur, oleum vero fœtens remiſcetur cum aliquo capite mortuo inſipido, v. g. ♀ calcinati

ve-

vel ex cinere eloto, & per balneum ſiccum rectificatur, ſic exit oleum aurei coloris, gratiq; odoris. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

In epilepſia puero ſeptenni dedit Autor gutt. 7. per 7 dies, *cent. 4. cur. 86.* it. *cent. 7. cur. 49.* item *cent. 7. cur. 90.* miſcuit olei hujus ℥iß. cum aqua plantag. ℥j. doſ. g. 4. In eadem *cent. 3. cur. 99.* it. *cent. 10. cur. 32.* In ſpasmo cynico gutt. 3. ſingulis horæ quadris, *cent. 4. cur. 96.* In odontalgia *cent. 7. cur. 35.* it. *cent. 8. cur. 8.* it. *cent. 2. cur. 99.* ubi applicat cum gosſypio, vel linteamento carpto. In apoplexia cochlear ß. exhibuit, *cent. 8. cur. 44.* In paralyſi linguæ *cent. 8. cur. 77.* it. *cent. 7. cur. 36. 53. 88. cent. 9. cur. 76.* In linguæ exulceratione *cent. 3. cur. 77.* In ranula ſublingvali exulcerata, *cent. 8. cur. 37.* In lingua verrucoſa *cent. 10. cur. 35.* In ore exulcerato cum aqua plantag. pro gargarismate *cent. 7. cur. 91.* In angina *cent. 3. cur. 90.* In fœtu mortuo ex-

pellendo gutt. xiij. umbilico illinit, internè vero gutt. 17. exhibet, *cent. 3. cur. 42. 57.* it. *cent. 4. cur. 77.* it. *cent. 7. cur. 29.* In ſecundinarum retentione pro umbilico *cent. 8. cur. 20. 1.* In partu difficili internè gutt. 30. olei ſuccini, pro umbilico externe gutt. 20. olei Heracl. *cent. 3. cur. 66.* In hydrope pro umbilico *cent. 4. cur. 98.* In iſchuria pro umbilico, *cent. 3. cur. 85.* it. *cent. 8. cur. 7. & 89.* In lumbricis externe *cent. 8. cur. 36.* In canitie capillorum, barbæque, *cent. 10. cur. 83. 4.* In ulcere tibiæ cum aq. plantag. externè *cent. 8. cur. 38.* In fiſtulis *cent. 8. cur. 39.* In phthiriaſi externe *cent. 8. cur. 79.*

SCHOLION.

Oleum hocce vocatur quoque *Heracleum, Heracleinum*, itemque *ligni noſtri* juxta Autorem, *cent. 10. cur. 16.* oleum præterea *antepilepticum*, *cent. 10. cur. 32.*

Tempus balſamicum colligendi lignum coryli contigiſſe 1650. Mart. 1. grad. 2. *Item* April. 26. gr. 19. *It.* Decemb.

cemb. 27. gr. 12. quod univerſale omnium balſamorum tempus, *B. D. Michaelis in Collegio Brendel. MSS.* aſſerit.

Idem *l. c.* ait, ſi julos ligni Heraclini, oder die Zätlein aſſumſeris, werden ſie eben das thun / und mehr olei geben / müſſen zuvor ein wenig welck werden / ehe ſie ſich aufthun und blühen.

Ex ligno coryli oleum Heracl. etiam parat *Hartmannus*, qui duplex inde, unum craſſius, alterum lucidius per ♋ impetravit, referente *B. D. Hagendornio in not. MSS. ad tirocin. Beguini*. Cui aſſentitur *Finckius Enchirid. dogmat. Hermet. p. m. 34.* Idem quoque profeſſi ſunt *Libavius, Keslerus* & *Beguinus*, autore *B. Rolfincio Chim. p. 181.* Nec abludit *Schröderus pharmacop. l. 4. claſſe 1. p. m. 53* ſub corylo.

Diſſentientes autem habemus *Brendelium in Chimia*, qui oleum Heraclin. cum oleo guajaci coincidere docet. Vires cum oleo guajaci communes habere etiam ſcribit *B.*

*Rolfincius Chim. p.* 181. Pro oleo ligni buxi habet *Quercetanus*, annotante *Schrödero lib. 4. pharmacop.* ſub guajaco. Sunt, qui ex larice, vel pino (Ruß holtz) citante *B. Hagendornio in not. MS. ad tiroc. Beg.* natales ejus deducunt.

*Mœbius Anat. Camphor. p. m. 76.* oleum hocce dilaudat in odontalgia ſequentem in modum: ℞. ol. ligni Heraclini Rul. ℥j. camphor. ʒß. caryophyll. ℈ß. M. applicentur guttæ aliquot cum goſſypio.

Pro diaphoretico in hemicrania commendat *D. D. Vollgnad diſput. ad hemicr. theſ. 87.* Externe inter anodyna quoque cephalica refert idem *theſ. 65.*

Ex gemmis coryli & ſem. lini paratum oleum contra dolores arthriticos vid. in *Hœferi Hercul. Med. p. m. 217.*

Arcanum Heraclinum poſſes impetrare, ſi, quæ curioſitas Neotericorum eſt, ol. hocce cum ſpir. vini & ſpir. ſal. ✱ci, vel alio ◻°oſo, ut artis eſt, im-

in ſal volatile oleoſum præparares. Quo de negotio legi merentur curioſisſimus *D.D. Wedelius Experim. d. ſal. plantar. vol. c. 7. p. 88. & ſeqq.* Itemque *Nob. D. D. Barnerus diſſertat d. ſpir. vini ſine acido* circa finem.

Meus ejusmodi liquores ſalinos, volatiles, oleoſos parandi tenor fuit hactenus ſequens: ſcilicet ℞. ſpir. vini aromatici cujusdam, q. v. v. g. ſi animus eſt præparare ſal vol. oleoſum caryophyllatū, abſtrahe prius ſpir. vini à caryophyllis: ita, ſi ſuccinatum expetis, cape ſpir. vini ſuccinatum; ſi aniſatum, ſpir. vini aniſatum, & ſic porro. Adde huic ſpir. vini aromatico (quem volueris) ſpiritum ſal. ✻ci & ſoleū ♈ atum appropriatum, q. ſ. digere & circula. Sic videbis partes haſce citius & intimius invicem ſeſe miſcere ob rationes artifici non obſcuras.

De uſu olei Heracl. peculiari tractatu fuſius egit *Steckerus*, qui videri poteſt.

# CAPUT XXIII.
## OLEUM OPHTHALMICUM, SEU LINELÆUM CHIMICUM.

### Proceſsus.

℞. PApyri q. v. accende in cochleari, vel patina, vel pelle per ○ magnam papyro repletam. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### Vires, Usus, Dosis.

Rulandus *Cent. 9. cur. 1.* tres guttulas olei hujus in cœcitate incipiente in oculos inſtillat, imperando, ut per horæ quadrantem patiens jaceat ſupinus. In ſuffuſione inſtillat gutt. j. mane & veſperi cum viſus recuperatione; *Cent. 4. cur. 88.*

### Scholion.

Oleum lintei ab oleo papyri non differt, ita *B. D. Mich. in not. ad Brendelii Chimiam* loquitur. Idem, in furno Glauberi prodit ſimul oleum & ſpiritus. *Vid. Collegium Jonſt. Ejusdem.*

Oleum papyri & linteorum ſingulare deſcribit *Libavius alchim. p. m 331.* quem vide. Quid

Quid ſi præferremus huic oleo, quia acre nimis eſt, *axungiam viperarum*, vel noſtratium, vel Italicarum: aut *liquorem hepatis muſtelæ piſcis?* De quibus ingenioſe differentes vide *Nob. D. Ludovici diſſert. 1. d. pharmac. mod. p.m.301.* pariterq; *Excell. Wedelium in Ephemeridib. Cur. Germ. Ann.* II. *obſ.* 125.

Sic oleum ophthalmicum ex *formicis* ſuprà deſcriptum, itemque oleum ex *chelidonia* integra ophthalmicum à *Finckio enchirid. dogmat. Herm. p.m. 64.* communicatum, ſecurius, puto, uſurpabis.

## CAPUT XXIV.
## PULVIS DIA♀RI SOLUTIVUS.
### PROCESSUS.

℞. Fol. ſenæ ſubtiliſſime pulv. ℥vj. cryſtall. ♀. ℥j. ſem. fœnicul. aniſ. ā ʒß. cinnamomi ʒj. ſacchar. roſat. ℥ß. M.F. Pulvis. *B. D. Hagendorn in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

Aduſtos, retorridos, melancholicosque ſuccos ſufficienter & blandè purgat, ☿ream & mucilaginoſam materiam in ventriculo atque in ipſis vaſis conceptam & ſolvit, & deturbat, inque ☿reis affectibus omnibus confert, calculoſis præſertim. Sumto pulvere ſtatim juſculum eſt hauriendum. Nullum ingratum habet ſaporem. *Doſis* cochleare unum argenteum. *Idem l.c.*

SCHOLION.

*Rulandus* huic non abſimilem ſub nomine pulveris ſenæ laxativi, Wieri quem eſſe profitetur, deſcribit *Cent. 10. cur. 3.* Concinnatur ex fol. ſenæ, ☿ albiſſ. ā ℥j. ſem. aniſi, caryophyll. cinnamom. galangæ ā ʒj. diagrydii ʒij. M. *Doſis* à ℈ß. ad ʒiß. in ſubſtantia ad ſummum in liquore convenienti. In infuſo ad ℥ß. Educit flavam & atram bilem.

CA-

# CAPUT XXV.

## PULVIS ANTEPILEPTICUS.

### PROCESSUS.

℞. Eſſent. cranii human. ℥ij. corallior. margarit. ā. ℥j. magiſt. ſuccin. ʒvj. ſpir. ⊖li dulcificati & in coagulum redacti ℥j. lap. bezoar or. ʒiß. ambr. gryſ. ℈ij. M. F. Alcool. *B. D. Hagendorn in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

Sunt antepilepticæ, ut titulus habet. Vid. *Rulandi cent. 10. cur. 12.* item *cent. 4. cur. 80.* Dat infantibus à ℈ß ad ℈j in pulte, adultis ad ʒj in cibis.

### SCHOLION.

Autor *cent. 7. cur. 73.* quoque conſignavit confectionem antepilepticam à ſe vocatam ex cranii hum. recent. ʒj. gran. pæon. excortic. n. XV. cum ſaccharo in aqua fl. tiliæ ſoluto F. *Rotula*, doſ. ʒj.

Præter hoſce *Rulandi* complures alii, illique elegantisſimi hodiè proſtant pasſim apud practicos pulveres antepileptici. Ex quibus ta-

men præ cæteris mihi arrident, qui cinnabarim tum nativam, tum ℥ialem recipiunt, additis inſuper opiatis ſecundum *Dn. Ludovici diſſert. 1. de pharmac. p. m. 642.* & *D. D. Wedelii opiologiam, l. 2. c. 2. p. m. 107.* ⊖libus item volatilibus juxta meam qualemcunque experientiam, non omiſſis lege methodi & aliis.

## CAPUT XXVI.
## SACCHARUM HERACLINUM.

### PROCESSUS.

℞. SAcchar. albiſſ. q. ſ. adde olei ligni Heraclin. q. ſ. M. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### VIRES.

*Rulandus* in angina præmiſſis univerſalibus offert, *cent. 7. cur. 92.* In ſcorbutica oris exulceratione, *cent. 7. cur. 91.* In tuſſi aſthmatica ad ʒj, *cent. 7. cur. 93.*

### SCHOLION.

Saccharum hoc Heraclinum idem eſt, ac apud recentiores elæoſaccharum.

rum. In quorum præparatione, ſive ſimplicia illa fuerint, ſive compoſita, felici eſſe contigit *B. Rolfincio.* vid. *ejusd. Chim. p. m. 274.*

An elæoſacchara fierent præſtantiora, ſi ſub finem præparationis ipſis adderentur guttulæ aliquot ſpiritus volatilis proprii, ſi ad manus; vel alius ☐oſi, pro expeditiori virium diſtributione, judicent peritiores.

## CAPUT XXVII.
## SACCHARUM HERACLINUM ANTEPILEPTICUM.

### PROCESSUS.

℞. TRageæ antepilept. Rul. q. v. diſſolve in aqua appropriata quadam, adde ſaccharum, & ultimo oleum Heraclinum admiſce tot guttulis, quot ſufficiunt. & ſaccharum ferre poteſt. Fiant inde vel *morſuli*, vel *rotulæ*. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

*Autor* exhibuit in epilepſia à ver-

mibus puellæ cuidam ad nucis moſchatæ magnitudinem per dies tres cum abſtinentia ciborum per quinque horas, *cent.8.cur.13.* In eodem affectu dedit ℥j.*cent.9.cur.91.* ibidem ad ℈ij.*cent.9.cur.94.* quo loco aſſeverat, ſe in omni ſexu & ætate conſimili in affectu feliciter hoc ipſo uſum eſſe.

SCHOLION.

Vocatur Rulando quoque ſaccharum bezoarticum, *cent.9.cur.91.*

Mihi ſequens elæoſaccharum cephalicum in praxi frequenti in uſu eſt; ℞. ſacchar. albiſſ. q.ſ. add.zz. ℥ii ſepties ſublim. vel ſpecific.cephal. *D. Mich.* olei ſuccin. cinnamom. cubebar. &c. ad guttulas aliquot, ſic ſubnaſcitur medicamen elegans colore, odore, ſaporeque ægrotis ſeſe commendans.

## CAPUT XXVIII.
## SACCHARUM HERACLINUM PECTORALE.

PROCESSUS.

℞. SPecier. pectoral. uſitat. q. ſ. & addito

addito ol. Heraclino ad ſatiem cum ſacchar.ſ.q. fac *morſulos*, vel *rotulas*. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES, USUS, DOSIS.

*Autor* in tuſſi mane & veſperi, quando cubitum itur, exhibet ad magnitudinem nucis, quo ipſo innumeri, prout verba ejus ſonant, à tuſſi fuere liberati, *cent. 10. cur. 2.* In empyemate cum tuſſi idem commendat, *cent 10. cur. 28.*

SCHOLION.

Elæoſaccharum meæ ordinationis pectorale, quo ſæpius utor, conſit ex ſaccharo, flor. ♎. pulv. rad. ari præp. irid. Flor. cum balſam. ♎. & oleo aniſ.

## CAPUT XXIX.

## SACCHARUM HERACLINUM LITHONTRIBON.

PROCESSUS.

℞. SPecier. lithontribon q. v. adde oleũ Heraclinum cum ſacchari ſ. q. F. *morſuli*, vel *rotulæ*.*B.D.Mich. in MSS. Rul.*

VIRES.

Lithontripticas eſſe vel ex inſcriptione patebit.

SCHOLION.

Succedaneum præparares non contemnendum, ſi in defectu olei Heraclini, oleum juniper. terebinth. fœnicul.&c. juſta ubique proportione cum ſaccharo in elæoſaccharum lithontripticon miſcueris, idemque ſive ſeorſim, ſive cum pulveribus ſpecificis copulatum, uſurpaveris.

## CAPUT XXX.

## SACCHARUM OLEI LIGNI PARADISI.

PROCESSUS.

℞. SPecier. hyſteric. vel alius pulveris anti-hyſterici q. ſ. adde olei ligni aloës (paradiſi) veri & pingvis deſtillati q. ſ. & cum ſ.q. ſacchari redige in *morſulos*, vel *rotulas. B. D. Mich. in MSS. Rul.*

VIRES, DOSIS.

Sunt, ut ex proceſſu patebit, anti-

hy-

hyſtericæ. *Datur* ad ℈j. *B. D. Mich. l. c.* Autor commendat in dolore matricis tanto, quo ægra ſe nequivit erigere, vocatque anodynum juxtaque purgatorium, *cent. 9. cur. 8.*

## CAPUT XXXI.

## SPIRITUS VITÆ AUREUS.

### PROCESSUS.

℞. TRochiſc. alhandal ℥j. affunde ſpir. vini malvat. q. ſ. digere per aliquot ♂♀, & ſic ad rubedinem extrahetur. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

Autor *cent. 2 cur. 96.* longum contexuit catalogum, quas ille habet, virium. Ex quo colligere eſt, in omnibus pene affectibus, ſive internis, ſive externis, à ſe uſurpari commendarique. *Tabula*, quoniam prolixa nimis, ob evitandum prolixitatis tædium, ipſa à B. L. poterit legi. Eſt tamen, ubi eundem *generaliter* commendat pro expurgandis bile utraque, pituita, ſero & flatibus, in omni ſexu & ætate absque periculo.

*Da-*

*Datur* à ℨß ad ℥j. vel ad ſummum ad ℥iß. adſcendendo. *Vid. cent. cit.*

SCHOLION.

Dicitur quoque ſpiritus vitæ rubeus juxta Autorem *cent. 2. cur. 96.* Hinc videre eſt, aureum & rubeum ab invicem non differre, qud *Tenzelius* voluit, dicendo, aureum fieri ex trochiſcis alhandal; rubeum vero ex terra ſancta. Corrigendus hic etiam *Quercetanus*, qui ex familia metallica eundem deſumi opinatur, *pharmacop. dogm. reſt. c. 17.* Conſule etiam *Schröd. pharmacop. ſub* ♉. *p. m. 453.* Hinc rectius ex trochiſcis alhandal cum ſpir. vini Malvat. juxta *Hartmannum in not. ad Croll. p. m. 436.* paratur.

Curioſa alias præparatio eſt, quem *Febure* im Chimiſchen Kleinod *part. 2. p. 346.* communicat, quique ex mente ejusdem conficitur ex colocynthide in mortario oleo nuciſtæ expreſſo prius imbuto poſita, cum ∺ extracta, & poſtmodũ in trochiſcos formatâ, quibus affundit ſpir. vini

alco-

alcoliſatum, digerit per 14. dies ad ſolis calorem, deinde iterum trochiſcos alhandal pulveriſatos addit, iterum digerit; tandem tertiâ vice trochiſc. alhandal addit, digerit ut ſupra. Quo facto, liquorem filtrat, reliquam materiam exprimit, & per chartam quoque filtrat. Sic ſpiritus vitæ aureus habetur. *Doſis* à ℈j ad ℈vj, imo ad ʒj. quem ſi in extracti formâ redegeris, grana 6. ad 20. vel 24. pro doſi ſufficient. *Vid.* illum pluribus.

Legitur & alius in *MSS. Rulandino à B. Hagendornio* collecto ſub nomine ſpiritus cathartici Rulandini, qui concinnatur ex ſpeciebus diacarthami ʒiij. cum ſpir. vini Malvat. q. ſ. extrahendus, filtrandus, circulandusque.

Ex trochiſcis alhandal procedit etiam ſpiritus panchymagogus *Cl. Kyperi*, qui ſequens: ℞. trochiſc. alhandal ʒj. ſcammon. g. g. ã ℈ij, ſpirit. aniſi q. ſ. M. digere, filtra. Purgat per ſeceſſum & vomitum. *Doſis* ℈j ad ℈ij.

CA-

# CAPUT XXXII.
# TERRA SANCTA.

## PROCESSUS.

℞. ♁ Ungarici ℔j vel ij. ſuper tegulam prunis impoſitam radicula ferrea continuo move, & agitando in calcem redige; Deinde ſi △c ferventiore in grumos cocat, ab eodem remove, denuo tere, & calcina, donec in calcem gryſeam non amplius fumigantem abeat, uti in confectione vitri ♁ii fieri ſolet. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

## VIRES, USUS, DOSIS.

Cum in ſubſtantia ab Autore non fuerit uſurpata, ſed in infuſo potius, colligi eædem poterunt ex ſuperioribus, ubi de aqua terræ ſanctæ dictum. Idem tamen ad gran. j. in vini ℥vj per noctem maceratam colatamque dedit in melancholia, *cent. 4. cur. 53.*

## SCHOLION.

Eundem proceſſum, ſed ſuccinctius deſcriptum vid. quoque *in B. Rol-*

*RolfinciiChim.p.m.376.* Terram ſanctam compoſitam à *B. Hagendornio* conſignatam habebis ſupra ſub aqua terræ ſanctæ.

## CAPUT XXXIII.
## TINCTURA RHABARBARI.
### PROCESSUS.

℞. RHabarb. elect. roſar. pallid. recent. ſpir. vini Malvat. â q. ſ. F. Tinctura Spagirica. *B. D. Hagendorn in MSS. Rul.*

### SCHOLION.

Hanc eſſe genuinam ipſe *Rulandus junior in excuſſ. apolog. p. 90.* fateri habet, aſſerendo contra *Obendorferum*, qui ſpir. vini Malvat. pro menſtruo hîc inidoneo accuſat *in Apolog. p. 71. 2.* ſe nunquam tinctura hac ſola, ſed ſemper cum aliis liquoribus remiſta uſum fuiſſe.

Rectius faciunt, qui ex mente recentiorum Tincturam hanc parant cum aqua cichorii, vel quadam alia, cum additione ⊖♀, ceu *B. Rolfinci-*

*fincius Chim. l. 3. ſect. 2. c. 6. p. m. 1966.*

## CAPUT XXXIV.
## VINUM PANTONOSAGOGUM.
### PROCESSUS.

℞. R Ad. hellebor. alb. pulv. ℥ß. aſ-fund. ſpir. vini Malvat. ℔j. ex-trahe, filtra & ſerva. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

### VIRES, USUS, DOSIS.

Autor eodem uſus eſt in cephalæa ad ℥j. *cent. 10. cur. 77.* In eadem cum melancholia *cent. 10. cur. 78.* In aſthmate *cent. 10. cur. 70.* In tertiana ante paroxyſmum pro doſi dat ℥j. unde vomitus & alvi dejectio ſecuta, *cent. 10. cur. 69.*

### SCHOLION.

Vocatur hoc vinum ab *Autore* quoque ſublimatum pantonoſagogum, ut habent Centuriæ & cur. prædictæ.

## CAPUT XXXV.
## VINUM PANTAGOGUM.
### PROCESSUS.

℞. VIni opt. ℥v. trochiſc. alhandal ſub-

ſubtiliſsime pulv. ℈j. M. & facta leni ebullitione per linteum rarum traji-ce. *Rulandus cent. 5. cur. 93.*

VIRES.

*Autor l.c.* in hydrope cum fœtus mortui retentione ſolo hoc uſus legitur admirando cum ſucceſſu.

SCHOLION.

*B. D. Mich. in MSS. Rul.* putat hæc duo vina purgantia præparandi modo non differre, niſi quod pantagogum recipiat vinum Malvaticum non deſtillatum; illud vero ſpir. vini Malvatic.

## CAPUT XXXVI.

## VITRUM ♁ii.

PROCESSUS.

℞. CAlcis ♁ii, vel terræ ſanctæ ℔ß. adde antimonii crudi ℥j. borrac. Venet. ℥ß. immitte in catinum, excoquendo △e æquali in materiam fluxilem, ſæpius tamen ferro explorabis, an rubeat, & transpareat; tunc in planitiem fictilem prius tepidam hinc inde diffunde, ſicque in

lami-

laminas abibit hyacinthinas. *B. D. Mich. in MSS. Rul.*

## Vires, Usus.

Baſis eſt aquæ ophthalmicæ *Ruſ-landi*, quâ de ſupra egimus. Aſſumitur etiam pro calice chimico Autoris præparando, tanquam virtutis purgatricis unicum potiſſimumque fundamentum.

## Scholion.

De præparatione, viribus & cautelis vitri antimonii vid. *Schröd. pharmacop. ſub antimonio. B. Rolfinc. Chim. p.* 404. *Hartmannum in not. ad Croll. p. m.* 228 aliosque complures, quos anguſtia chartæ hujus vix capiet.

## FINIS.

SYL-

# SYLLABUS CAPITUM IN HAC OPELLA CONTENTORUM.

Cap. 1. Aqua Antepileptica.
2. Aqua Antipodagrica.
3. Aqua Benedicta.
4. Aqua Bezoartica.
5. Aqua ♂tialis.
6. Aqua ☿ialis.
7. Aqua ophthalmica.
8. Aqua ophthalmica polychreſta.
9. Aqua Terræ ſanctæ.
10. Balſamum 🜍.
11. Calix chimicus purgans.
12. Cingulum ſapientiæ.
13. Conſerva benedicta.
14. Crocus Metallorum.
15. Diacydonites catharticum.
16. Emplaſtrum dia🜍ris.
17. Extractum colocynthidos.
18. Extractum Eſulæ.
19. Hydromel benedictum.
20. Li-

Cap. 20. Liquor ☿ialis.
21. Nepenthes.
22. Oleum ligni Heraclini.
23. Oleum Ophthalmicum, ſive Linelæum Chimicum.
24. Pulvis dia🜿ri ſolutivus.
25. Pulvis antepilepticus.
26. Saccharum Heraclinum ſimplex.
27. Saccharum Heracl. antepilepticum.
28. Saccharum Heracl. pectorale.
29. Saccharum Heracl. lithontribon.
30. Saccharum olei ligni Paradiſi.
31. Spiritus vitæ aureus.
32. Terra ſancta.
33. Tinctura rhabarbari.
34. Vinum pantonoſagogum.
35. Vinum pantagogum.
36. Vitrum ♁ii.

F I N I S.